cui ſingulis diebus pro cibo relinquit'
etſi quis puero vel puelle alimenta re/
linquit adueniente pubertate legatum
non expirat ſed tam diu debetur do/
nec teſtator voluerit qd̕ ſi nõ appareat
quid ſenſerit per totum tempore vite
ſue debebant' ſi autem expreſſit ꝙ vſqꝫ
ad pubertatem alimenta relinquat hoc
caſu pueri vſqꝫ ad xviij. ãnũ puelle vſ/
qꝫ ad xiiij. alantur et hoc pietatis intuit'
tu et feruore alimentoꝝ vide h ꝑ totũ.

## De auro et argento mundo or/ namẽtis vnguentis ⁊ veſtimentis ⁊ ſtatuis legatis.

De auro et argento dic vt. ff. e. l. i. ei. §
fi. et pluribus legibus huius tituli et. l.
eum aurum in princi. et. l. quintus ij. §
an cui et § argento de vngentis dic vt
ff. e. veſtis § veſtimenta de ornamentis
dic vt. ff. eo. argumento § ornamenta ⁊ §
mũdus de ſtatuis dic vt. ff. e. etſi ſtatuam
et. l. i. in prin. De gemmis autem et mar
garitis dic et eorum differentia vt. ff. e.
etſi non ſunt § vlti.

## De liberatione ligata.

Hic tractat ſi creditor legat ſuo debito
ri liberationem quid et quantum ope/
rabitur legatum et dicit. l. i. in princi. ff. e
ꝙ omnibus debitoribus ea que debent

vide inſtitu. de lega. § ſi quis debitori et dicit ꝙ eſt vtile legatum et neqꝫ ab ipo herede neqꝫ eius herede peti' poteſt heres teſtatoris petere.

### De adimendis et transferendis legatis vel fideicommiſſis.

Dictum eſt qualiter relinquũtur legata nunc qualiter adimuntur ſeu in alium transferuntur Sciendum ꝙ legata poſſunt adimi in teſtamento vel etiã in codicillis et quibuſcũqꝫ verbis inſt. de ademp. le. in princi. et transferuntur legata de vno ad alium ſi quis ita dicat hominem ſtichuz quem ticio legaui ſeio do lego ſiue in codez teſtamento ſiue codicillis hoc fecerit inſtitu. de ademp. le. in fi.

### De rebus dubijs.

Quia in teſtamẽtis ſepe ponũtur verba et res dubie Ideo ponit de eis dic vt dixi. C. de verborum et rerum ſignifica. vide tamen. l. ij. ff. e. ꝙ legatum ciuibus ciuitatis vel fideicõmiſſum datuz ciuitati relictuz videtur. Et ſemper in ambiguo ſermone non vtrunqꝫ dicimꝰ ſed id duntaxat quod volumus Itaqꝫ qui aliud dicit ꝙ̃ vult. neqꝫ id dicit qḋ vox ſignificat quia non vult neqꝫ id qḋ vult quia id non loquitur. l. in ambiguo ff. e. Et quotiens in actionibus aut exceptionibus ambigua oratio eſt commodiſſimuz eſt id accipi quo res de qua agitur magis valeat ꝙ̃ pareat. l. quotiens ff. eo.

### De his que pene cauſa relinquũtur.

Olim autem non valebat legatum pene nomine relictum. Hodie tamen valet de quo vide inſtitu. de lega. § fina. vbi ponuntur exempla quando dicitur legatum relictuz pene nomine vt ſi volo ꝙ heres meus vadat rhomam vel quid aliud faciat etſi nõ fecerit det ticio. C. nomine pene vide latius in. d. § fi.

### De regula cathoniana

Diffinit autem regula cathoniana ꝙ ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator inutile foret id. legatum quandocunqꝫ deceſſerit non valere. l. i. in prin. ff. eo. que regula in quibuſdam falſa eſt vt ibi et ſic diſponit iſta regula cathoniana ꝙ legata pura que teſtamenti tẽpore non valerent ſi teſtator tunc decederet non affirmantur impedimẽto ceſſante ſecus in legatis conditionalibus vel in diem incertum relictis pro vt vult. d. l. i. vide inſtitu. de lega. § an ſermo.

### De his que pro non ſcriptis habentur.

Habetur enim legatũ pro non ſcripto ſi eo tempore quo alicui legatum aſcribitur non fuit in humanis. l. penul. ff. eo. Item que teſtamento ſcripta ſunt non tamen intelliguntur quid ſignificãt perinde ſunt acſi ſcripta non eſſent reliqua autem per ſe ipa valent. l. que teſtamento ff. eo. de pro non ſcripto et caducis et quaſi caducis vide. C. de ca. tollen. in. l. vnica.

### De his quibus vt indignus auferuntur.

Scꝫ legatum et fideicommiſſum vel hereditas et vide. l. indignum ff. eo. ꝙ indignus eſt qui id egit vt per culpam vel negligentiam ille a quo heres eſt inſtitutus moreretur glo. dicit culpam ſcꝫ non adhibendo medicum vnde tunc hereditas eſt ſibi auferenda vt ab indigno. l. aufertur ff. eo. et applicatur fiſco vt ibi. Item ſi inimicicie capitales interuenerunt auferuntur legatum fidei

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

commiſſum et hereditas ꝛ plures alios caſus vide.ſ.eo.et.C.e.per totum quod dixi.C.e.

# Incipit liber xxxv.

## De conditionibus et demonſtrationibus legatorum et cauſis eorum et modis qui in teſtamentis ſcribuntur.

Glo.rubrice continuat ſ dictum eſt de legatis in quibus quandoqꝫ ponitur conditio demonſtratio modus et cauſa Eſt autem conditio quedam legati ſuſpenſio cuius de futuro defectus ſeu confirmatio depēdet Demōſtratio eſt quedam in ſtantibus ſeu preteritis accidentibus noticia qua magis legatum ſit liquidum adhibita. Cauſa dicitur quedā de preteritis precedens ſuaſio qua teſtimonio noſtro magis quem honoremus ſiue animi prouiſio a nobis expreſſa Modus eſt de futuro et quaſi cuiuſdam remunerationis preterite exhortatio quo non ꝯpleto.ita relicto q̇s priuatur ſicut deficiente conditione ab initio non capitur. Et eſt natura conditionis vt ſi ſit poteſtatiua ei obtemperetur . vel per eum qui obtemperare debet non fiat quo minus adimpleatur quo caſu ꝓ impleta habetur et relictum ſub illa conditione capietur.C. de conditio. inſer.l.fi. Si ꝟo turpis vel inhoneſta eſt conditio ſiquidem ex parte legatarij pro non adiecta habetur Idem in impoſſibili Aliter ſi ex parte heredis ponatur tunc ei legatuꝫ viciatur inſtitu. de le.§.fin. Si vero caſualis vel mixta fuerit euētus ſpectatur.C.de cadu.tollen.l.vnica.§.ſin autem In mixta legatarius iuuatur ſi per eum non ſtetit ſed per eum in cuius fortuitum caſum ſtetit.C.de condic.inſer.l.legatum. Natura vero cauſe vel demonſtrationis eſt vt ꝗuis falſa demonſtratio vel cauſa dicatur legatum tamen non viciatur inſtitu. de le.§.ſi quis in nomine et.C. de falſa cauſa adiec.l.ij.in fi. Natura auteꝫ modi eſt vt modus adimpleatur vel ꝑ legatarium non ſtet quo minus impleatur et ſic legatū non reuocatur vt.C. de his que ſub modo le.l.i.et.ij.ſm glo. rubrice notabilem hic vide quod dixi. C.de condi.inſer.et.C.de fal. cauſa adiect.et.C.de his que ſub modo et īſtitu. de leg.§.ſi quis in nomine et duobus.§. ſequen.

## Ad legem falſidiam

Glo.rubrice continuat Superioribus titulis et libris de legatis dixit que defalcantur per legē falſidiam Ideo de ea dicit vide quod dixi.C.e.

## Si cui pluſq̈ per legem falſidiam licuerit legatum eſſe dicitur.

Vide.l.i.ſ.eo. Cuius hec ſunt verba ſi cui pluſq̈ licuerit legetur et dubitari iuſte poſſet vtrum lex falſidia locū habitura ſit nec ne ſubuenit pretor heredi.vt ei legatarius ſatiſdet vt ſi apparuerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe q̈ ex lege capere licebat q̄nti ea res erit tantam pecuniam det. Dolus qꝫ malus ab eo abfuturus eſt et q̄ntum hodie licet legare per.l. falſidiam vide inſtitu. ad le. fal. in princi. quia non vltra dodranteꝫ id eſt ix. vncias vt ibi.

# Incipit liber xxxvi.

## Ad ſenatuſconſultum trebellia/num.

L.i.continuat explicito tractatu qui ad fideicōmiſſa ſingularum rerum perti/net tranſeamus nunc ad interpretatio/nem ſenatuſconſulti dic vt dixi.C.e.

## Quando dies legatorum vel fi/deicommiſſorum cedat.

Uide quod dixi.C.e.et vide.inſtl.de le ga.§.ſi peculium in glo.verbi cedere.

## Ut legatorum ſeu fideicommiſſo rum ſeruandorū cauſa caueatur.

Uide gl.rubrice que dicit q hec rubri/ca in Codice intitulatur cum illa vt in poſſeſſionem legatorum vnde dic vt ibi dixi vide tamen.l.i.ff.e.que dicit lega torū nomine ſatiſdari oportere pretor putauit vt quibus teſtator dari fieri ve voluit his detur vel fiat dolum q ma/lum abfuturum vt ibi etſi non ſatiſda/tur in poſſeſſionem bonorum pretor ve nire voluit.d.l.i.§.i.

## Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicōmiſſorum ſeruandorum cauſa eē liceat.

Uide quod dixi.C.e.

# Incipit liber xxxvii.

## De bonoꝝpoſſeſſionibus.

Glo.rubrice continuat Dictum eſt de ſucceſſionibus ex teſtamento de iure ci/uili v'libus et ſingularibus ſequitur de his qui iure pretorio ſuccedunt ſic ſ̄ de bono.poſ.here.pe.l.i. Et quia hoc fit ꝑ bonorumpoſſeſſionem de his dicit pri/mo in genere poſtea per ſpecies.Eſt ā bonorumpoſſeſſio ius perſequendi re/tinēdi q patrimonij ſiue rei que cuiuſ/q cum moritur fuerit.l.iij.§.bonorum.ff. eo.vbi vide glo.que declarat hanc diffi/nitionem et hi bonorumpoſſeſſores vi/ce heredum habentur.l.in omnibus.ff.e et de multiplici bonorumpoſſeſſiōe vi. l.ſed cum patrono §.bonorum.ff.eo.et inſtitu.de bonorum poſſeſ.per totum et vide quod dixi.C.qui admit.ad bono. poſſeſ.poſ.z intra quod tene de quo dic vt ibi dixi.

## Si tabule teſtamenti extabūt.

Uide glo.rubrice que ponit differenti am inter hūc titulum et illum ff.ſi tabu. teſt.nul.ex. quia hic dicit extabunt ibi non extabunt Et tractatur hic de bono rum poſſeſſione ſm tabu.et contra ta/bu.ſed in precedenti titulo tractatur ge neralis omnium bonorumpoſſeſſio et ſic tractantur hic cōmunia vtriuſq ſcʒ ſm tabulas et contra tabulas Et pmo cui competat vtraq et quidem capa/cibus.non capacibus non vt.ff.de con/tra tabu.l.iij.§.liberi. Secundo ex cu/ius tabulis competat et dic q ex eius qui potuit teſtari vt.ff.de ſecun.tabu.l.i §.exigitur cum ſequentibus et compe/tit ex teſtamento ſcripto vel non ſcri/pto vt tunc dicatur ſm nuncupationē vel contra nuncupationem.C.de ſecū. tabu.l.i.et de bono.poſſeſſio.contra ta/bu.liberti.l.i.Et datur cum tabule ſunt tempore mortis licet poſtea intereant vt.ff.de ſm tabu.l.i.§.ſufficit et he bono rumpoſſeſſiones ſm tabul.et contra ta bu.in multis alijs conueniunt et etiam

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

differũt vt ptꝫ in titulis .ſ. de contra tabu et ſm tabu.

De bonorumpoſſeſſione furioſo infanti muto ſurdo ceco competenti.

Vide glo. rubrice que dicit hic poni quinqꝫ perſonas et de bonorumpoſſeſſione eis competẽti De primis duabus tractat prima .l.ſ.eo. ſcꝫ de furioſo ⁊ infante de ꝗ dic etiam vt ſ̄ titu. ij. l. ſeruꝰ in fi. Alie vero tres perſone procedũt iure communi in petendo bonorumpoſſeſſione et in cedenda die de quibus vide in. l. fi. ſ. eo. quia et ipſi poſſunt adirẽ hereditatem vt inſtitu. de here. quali. ⁊ diffe. §. fi.

De bonorumpoſſeſſione contra tabulas.

Vide quod dixi. C. e. et quibus competit et quare hic prius ponit de bonorum poſſeſſione contra tabulas et quare in. C. prius de bonorꝫ poſſeſſione ſm tabu. dic vt ibi et in glo. rubrice ſ. de bono. poſſeſſi. ſm tabu.

De legatis preſtandis contra tabulas bonorumpoſſeſſione petita.

Vide. l. i. ſ. eo. que dicit ꝙ hic titulus equitatem quandã habet naturalem et aliquid nouum ſcꝫ vt qui teſtamentum patris reſcinderet per contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex teſtamento eius quibuſdam perſonis legata et fideicõmiſſa preſtaret hoc eſt liberis ⁊ parentibus vxoribus matribus qꝫ dotis nomine legatum.

De collatione bonorum:

Glo. rubrice exponit de collatione id eſt communicatione quaſi in commune latione nam quod erat proprium confertur id eſt communioni ſubijcitur et dicit. l. i. ſ. eo. ꝙ hic titulus habet manifeſtam equitatem Cum enim pretor ad bonorum poſſeſſionẽ emancipatos admittat participes qꝫ faciat cum his qui ſunt in poteſtate bonorum paternorum conſequẽs eſſe credidit vt ſua quoqꝫ bona in medium conferant qui appetant paterna vide latius quod dixi. C. de collationibus.

De dotis collatione:

Dictum eſt ſ̄ de collatione in genere nunc in ſpecie. Dicit gl. rubrice in qua collatione dotis eſt aliquid ſpeciale vt notatur ſupꝰ titu. proxi. l. cum emancipati. §. idem quoqꝫ Et eſt ſpeciale in collatione dotis quia collatio dotis fit etiã ſi non petatur per contra tabulas bonorumpoſſeſſio. ſed inter ſuccedentes de iure ciuili. quod in alijs caſibꝰ nõ eſt ſm bar. in. l. i. ſ. eo. et eſt collatio dotis introducta per imperatorem ſed alia collatio bonorum per pretorem. d. l. i. Et que fuit ratio conſtituendi aliquid ſpeciale in collatione dotis Reſponde ſm bar. ꝙ pretor vocabat ad ſucceſſionem emancipatos contra tabulas vel ab inteſtato grauauit eos onere collationis ſed filios in poteſtate retentos non grauauit onere collationis quia nihi poterãt habere iure iſto niſi caſtrenſe vel quaſi quod in collatione non venit Modo conſiderauit imperator ꝙ etiam filiꝰ in poteſtate retentus de iure iſto poteſt habere proprium ſcꝫ dotem vt ſ̄ fami. herciſ. l. pomponiꝰ philadelphus Ideo inter fratres ne emergat inequalitas introduxit collationem dotis ſm bar. in. d. l. i.

De ventre in poſſeſſionem mittẽdo et curatore eius.

L.i.videtur ꝯtinuare Sicut liberorum eorum qui iam in rebus humanis ſunt curam pretor habuit Ita etiam eos qui nondum nati ſunt propter ſpem naſcendi non neglexit.nam ⁊ hac parte edicti eos tutus eſt dum ventrem mittit in poſſeſſionē iure ꝯtra tabulas bonorum poſſeſſionis Ad hoc autem vt teneat bonorum poſſeſſio vētris nomine data reqritur ꝙ mulier omni modo ſit pregnans et vere et mortis tempore et eo tempore quo mitti in poſſeſſionem petit.d.l.i.in princi. et totiens mittatur in poſſeſſionem venter ſi non eſt exheredatus et id quod in vtero eſt inter ſuos heredes futurum erit.d.l.§.totiens Querit gl.rubrice An hec bonorum poſſeſſio ſit iuris vel facti Et dicit ꝙ eſt facti quia nudam detentionem tribuit argu.l.i.in fin.ff.ex quibus cau.in poſſeſſi.eatur et tractat de prima parte rubrice in .l.i.ff.eo. vſqꝫ ad.§.quotiens De ſecunda parte rubrice videlꝫ de curatore ventris in.§.quotiens vſqꝫ ad fi.legis Et mulier in poſſeſſionem miſſa ea ſola ſine quibus vſqꝫ ad partum perduci non poſſet ſumere ex bonis debet et in hanc rem curator conſtituendus eſt qui cibum potum et veſtimentum tectum mulieri preſtet pro facultatibus defuncti et pro dignitatibus eius atqꝫ mulieris.d.l.i.§.mulier.

### De coniungendis cum emancipatis liberis.

Dictum eſt s̃ de contra tabu. verum quia ad determinationem eorum que ibi dicta ſunt ſcilicꝫ eſt factuꝫ iſtud edictum Ideo ponitur hic iſta rubrica de coniungendis cum emancipato liberis Hic ſciendū ꝙ per legem antiquam xij. tabu.ſoli ſui ſuccedunt vt inſtitu.de heredi.que ab inteſta.de.§.i.Et ſunt ſui etiam nepotes in poteſtate ſi pater eoruꝫ eſt emancipatus vt inſtitu. de heredi. quali. et dif.§.ſui.ſed per pretoreꝫ ſolus emancipatus ſuccedit acſi in poteſtate manſiſſet vt s̃ de contra tabu.l.i.§.vocantur.et non nepos ex eo in poteſtate Hāc diſcordiaꝫ ſedat hic pretor vt partem quam erat habiturus emācipatus ſi in poteſtate manſiſſꝫ diuidat cuꝫ ſuis filijs vt ip̄e dimidium illi aliud dimidium habeant et eis ſolis conferat non alijs et ſic fit coniunctio liberorum cuꝫ emancipato patre ſed ad hoc ꝙ fiat hec coniunctio multa ſunt neceſſaria de q̇bus vide glo.in.l.i.ff.eo.Sꝫ tunc quero vtrum hoc edictum ſeu iſte titulus hodie habeat locum Cōcludit glo.prealle. ꝙ non quia ſublata eſt differentia patrie poteſtatis et emancipationis vt in auc.de heredi.ab inteſta.§.i. vnde ſolus filius non nepos ex eo ſuccedat ⁊ q̄uis non habet locum hoc edictum ſeu iſte titulus tamen legi debet quia habet multa bona argumenta et reddit alias leges intelligibiles ita dicit prealle.gl. et ſic habes ꝙ lex correcta poteſt allegari Hanc opinionem ꝙ correctum ſit hoc edictum ſeu hic titulus tenet glo. inſtitu.de heredi. quali.et differen.§.ſui quaꝫ glo.vide ⁊ ex premiſſis intelliges et tenent communiter glo.⁊ doct.multi.Bar. tamen hic poſt Ci. et Iaco. de are.in aucten.in ſucceſſiōibus.C.de le. heredi.tenet ꝙ ſi ab inteſtato ſucceditur correctus eſt hic titulus ſeu hoc edictum Idem ſi aliquod teſtamentum eſt factum quod reſcindatur in totum per querelam vel dicendo nullū ita ꝙ res ad cauſaꝫ inteſtati deducatur ſed ſi aliquis filius haberet neceſſe ſuccedere per contra tabulas quod eſt quando omiſſo bn̄ficio iuris ci̇lis de voluntate vellꝫ venire ꝑ ꝯ̃ tabulas vel per aliud ius pretoriuꝫ tunc dicit bar. iſtū titulū

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti Inforciati

non correctum vnde nō eſt proprie iſte
titulus correctus ſed additur noua for
ma ſuccedendi filio emancipato etſi ille
eligit aliā venit in totum ſed ſi venit ꝑ
ius pretorium tunc coniungitur cū ſuo
filio.

## De carboniano edicto:

Dictum eſt ſ͂ de bonorum poſſeſſione
que tabu. et de multis edictis factis cir
ca illud edictum de contra tabu. ſꝫ quia
edictum carbonianum eſt factum circa
edictum de contra tabu. Ideo ſequitur
iſta rubrica et dictum eſt hoc edictum a
carbone pretore ſm gl. rubrice. de ma/
teria vide latius quod dixi. C. e. titu.

## De bonorum poſſeſſione ſm ta/ bulas:

Dictum eſt de bonorum poſſeſſione
contra tabu. verum quia eſt alia bono/
ruꝫ poſſeſſio que vocatur ſm tabu. que
non habet locum donec poteſt intenta/
ri contra tabulas vt. ſ. e. l. iij. in prin et §.
i. Ideo p̄miſit titulū de bo. poſſeſ. con/
tra tabu. vide latius quod dixi. C. e. et
hic in glo. rubrice.

## Si a parente quis manumiſſus ſit.

Glo. rubrice exponit manumiſſus id eſt
emancipatus ſic continuat Dixit ſ͂ de
contra tabu. que datur liberis contra
teſtamenta parentum nunc econtra de
ea que parenti contra teſtamenta libe/
rorum licet hec non ſit ita fauorabilis
vt. ſ. vnde liberi. l. ſcripto et ſic pater
preteritus habet et poteſt petere bono
rum poſſeſſionem contra tabu. l. i. ſ. e. et
in quibus caſibus hoc caſu ceſſat cōtra
ſi tabu. vide in. d. l. i. in § parens et § ſe.
Querit in effectu glo. rubrice quare hic
iuriſconſultus fecit mentionē filij emā
cipati glo. reſpondet quia ſm iſta tem/
pora filius in poteſtate conſtitutus nō
potuit facere teſtamentum ideo non
erat neceſſaria contra tabu. poterat
tamen teſtari de peculio caſtrenſi et
quaſi. et tunc non ſubiacet querele vel
contra tabu. vide. l. fi. C. de inoffi. teſta.
glo. tamen ponit aliam opinionem ꝙ
teſtamentum filijſfa. ſubiacet querele de
inofficioſo ſi excluſit parentem etiaꝫ in
caſtrenſi vel quaſi ⁊ hanc opinio. tenet
Iaco. de ra. quam etiam putat bar. hic
veram.

## De bonorum poſſeſſione ex teſ ſtamento militis

Glo. rubrice continuat Quia quedā ſpe
cialia ſeruantur in bonorum poſſeſſio/
ne ſm tabu. ex teſtamēto militis Ideo
de hoc dicit. Et eſt hic lex vnica ꝙ mili
tes et priuati exiſtētes in acie belli pn̄t
teſtari quomodo volunt tam in terra
ꝙ̄ in mari Et notat bar. verbum tex.
ibi in procinctu quod facit ad id quan/
do tempus mortalitatis ſeu peſtis quia
maximum prelium eſt inter deum ⁊ ho
mines Et ideo propter talia eſſet bonū
prouidere vt vltime voluntates etiam
non ſolenniter facte valerent quoniam
nec teſtes nec notarij reperiri poterūt

## De iure patronatus.

Glo. rubrice continuat Dixit ſ͂ titu. ij.
de contra tabu. que datur patri ⁊ patro
no quod eſt vnum de iuribus patrona/
tus nunc dicit de omni iure patrona/
tus De iuribus patronatus ſeu de his
iuribus que habet patronus in liber/
tos vide bo. glo. in verbo patrono in §.
preterea per emancipationem inſti. qui.
mo. ius pa. po. ſoluitur et glo. in verbo
libertinus inſtitu. de liber. et vide de
materia quod dixi. C. de bo. liber. et de
iure patro.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De obſequijs a liberis et liber/
## tis parentibus et patronis preſtan/
## dis.

Quia libertus ex iure patronatus te
netur ad obſequia ⁊ quia ſimilitudo eſt
in pluribus inter patronum et paren/
tez reſpectu libertoꝝ et liberoꝝ. Jdeo
ponitur hec rubꝛica Hic ſciendum ꝙ ſi
filius patrem et matrem quos venera/
ri opꝫ cõtumelijs afficit vel impias ma
nus eis infert iudex hoc vindicabit Et
milicia indignus iudicandus eſt q̄ pr̄ez
et matrem quibꝰ ſe educatũ dixerit ma/
leficos appellauerit. l. i. ꝟ. e. Et tribuẽdũ
eſt honoꝛi parẽtũ et patronoꝝ ne actio
de dolo vel iniuriaꝝ in eos detur et li/
cet ṽbis edicti non habeãtur infames
ita condemnati re tamen ipa et opinio/
ne hominum non effugiunt infamie no
tam. l. ij. ꝟ. e. Jtem liberto et filio ſemper
honeſta et ſancta pſona patris ac patro
ni videri debet. l. liberto. ꝟ. e. Et expone
obſequijs id eſt reuerentijs vt dixi. C.
e. et ibi vide.

# Incipit liber xxxviii

## De opis libertorum:

Quia ex iure patronatus debentur o/
pere patrõis a libertl. Jd̃ ponit de op.
lib. Sũt ãt ope diurnũ officiũ quod qs
exhibet alicui per diem ſcꝫ artificialem
non naturalem. l. i. et ibi glo. ꝟ. e. vide qđ
dixi. C. eo. et in glo. d. l. i.

## De bonis libertoꝝ:

Vide quod dixi. C. e.

## De libertis vniuerſitatum

Dictum eſt ſ̃ de libertis ſingulorũ ſeq̄/
tur de libertis vniuerſitatum. Hic ſci/
endum ꝙ vniuerſitas plenũ ius hꝫ in
bonis libertoꝝ et libertaꝝ hoc ẽ id ius
qđ etiam patronus. l. vnica. ꝟ. e. vbi etiã
dicitur an et quando et qualiter poteſt
petere bonoꝝ poſſeſſionem et quando
tempoꝛa bonoꝛum poſſeſſionis vniuer/
ſitati cedunt.

## De aſſignandis libertis

Hic ſciendũ ꝙ q̄uis ad omnes patro/
ni liberos qui eiuſdez gradus ſũt equa
liter bona libertoꝛum pertineant tamẽ
licꝫ parenti vni ex liberis aſſignare li/
bertum et poſt mortez eius ſolus is pa
tronus habeatur cui aſſignatus eſt et
ceteri nihil iuris in his bonis habeant
ſed ita demum priſtinum ius recipiunt
ſi is cui aſſignatus eſt deceſſerit nullis
liberis relictis et poteſt aſſignari liber
tus Jtem liberta Jtem filio nepoti filie
et nepti inſtl. de aſſignatione liber. per
totum et datur hec facultas aſſigandi
ei qui habet duos vel plures liberos in
poteſtate vt ibi. ꝟ. datur et in. l. i. ꝟ. eo.

## Si quid in fraudem patroni fa/
## ctum ſit.

Vide quod dixi. C. ſi in frau. pa. a li/
ber. alie. facta ſit.

## Si tabule teſtamenti nulle extẽt
## et vnde liberi.

L. i. cõtinuat Poſtea q̄ꝫ pretoꝛ locutꝰ
eſt bonoꝝ poſſeſſione eius qui teſtatus
eſt tranſitũ facit ad inteſtatos eũ oꝛdi/
nem ſecutus quẽ et lex xij. ta. ſecuta eſt
ſed ſucceſſionẽ ab inteſtato ĩ plures p/
tes diuiſit facit enĩ gradus varios pri/
muz liberoꝝ ſcđm lꝑimoꝝ. tertium cog/
natoꝝ Deiñ viri et vxoꝛes Jta aũt ab

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inteſtato poteſt competere bonoꝝ poſſeſſio ſi neqꝫ ſm tabu. neqꝫ contra tabu. bonorum poſſeſſio agnita ſit. d.l.i. Et ꝙ fauorabilior eſt bonorum poſſeſſio vñ liberi et alias excludit de ea ꝑmittit de qua dic vt dixi. C. vñ liberi.

## Unde legitimi.

Uide qđ dixi. C. e. et vi. gl. rubrice h̄ q̄ dicit ꝙ vñ legitimi ⁊ vñ agnati eadē ē.

## Unde cognati.

Uide quod dixi. C. vnde legitimi ⁊ vñ cognati.

## De ſucceſſorio edicto.

Uide quod dixi. C.

## De gradibus cognationū et nominibus eorum.

Quia in bonoꝝ poſſeſſiōe ſepe proximior in gradu excludit remotiorem Jō ſubijcitur hec rubrica de gradibus cognationū et ꝙ ſepe dubitat̄ quō cognati ſeinuicē nominent ſubijcit̄ ⁊ de noīb⁹ eorum de quo ſatis ptꝫ in. l.i.ꝟ.e. et per diſcurſum huius tituli et inſti. de gradi. cogna. ꝑ totum.

## Unde vir et vxor.

Uide quod dixi. C. e.

## De veterani et militis ſucceſſiōe

Quia in ſucceſſiōe militis ſūt aliqua ſpecialia. Ideo de hoc ponit Hic ſciendum ꝙ q̄uis miles meruit capite puniri concedendū tñ eſt ſibi vt teſtamentū facere poſſet ſuꝑ bonis caſtrenſib⁹ ⁊ iure militari ſi hoc conceſuꝫ eſt ſibi a ꝑncipe vel iudice et hoc ſi dānatus eſt de militari crimine non ex cōi. Et cuius bona inteſtati ſi punitus ſit ad ꝯgnatos eius ꝑtinebunt. l.i. iñc. glo.ꝟ.e. nec fiſcus vendicabit ſi heres legitim⁹ eſt vſqꝫ ad quintū gradū. l.ij.ꝟ.e.

## Quib⁹ nō cōpetit bōꝝ poſſeſſio.

Uide quod dixi. C. qui admit. ad bo. poſſeſ. non poſſunt.

## Ut ex legibus ſenatus ve cōſulſtis bonoꝝ poſſeſſio detur.

Uide. l.i.ꝟ.e. que poīt ꝟba edicti ꝑtoris Pretor ait vti me quaqꝫ lege ſenatuſcōſulto bonoꝝ poſſeſſionē dare oportebit ita dabo et dic lege ſcꝫ noua poſt legem xij. tabu. Si autem ex lege. xij tabu. q̄s habeat hereditatem non petit hanc bono. poſſeſſi. ſed quando ex lege noua defertur ſibi bonorum poſſeſſio. l. vnica et ibi glo.ꝟ. eo. que dicit ꝙ raro inuenitur ꝙ lex noua deferat bonorum poſſeſſionem tamen quandoqꝫ vt. C. de capti. l. nec nos.

## Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur.

Reſponde ad queſtionem rubrice ꝙ primo ſui heredes capiunt bonorum poſſeſſionem. ſecundo legitimi. tertio proxi. cognati deinde vir et vxor ſiue tabule teſtamenti non extent ſiue extēt ſed ſm eas vel contra eas bonoꝝ poſſeſſionem nemo accipit. l.i.ꝟ.e.

## De ſuis et legitimis heredibus.

Uide plene quod dixi. C. e.

## Ad ſenatuſconſultum tercullianum et orphicianum.

Uide quod dixi. C. ad ſenatuſcōſul. tercu. et. C. ad ſenatuſconſul. orphi.

# Et ſic eſt finis titulorū ffti. inforciati.